Nro. I.

CITATIO

STANISLAUS AUGUSTUS

Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Serveriæ, Czerniechoviaque.

MAndamus Tibi Illustrissimo Ernesto Joanni Duci Curlandiæ & Semigalliæ, de Persona, Causa infra scripta, bonisque tuis generaliter omnibus, ut coram Nobis, & Judiciis Relationum Nostrarum propriarum in proxima Juridica Mense Martio Anno imminenti 1766. celebrandis, seu tum, dum & quando causa hæc, ex Regestro Causarum Curlandicarum publico, in judiciis Relationum Nostrarum propriarum, ad judicandum acclamata inciderit, Varsaviæ aut ubi cum Aula Nostra feliciter constituti fuerimus, legitimè, debite & peremptorie, compareas, ad Instantiam Generosorum; Ottonis Christophori ab Howem, Ministri Statûs Electoralis Saxoniæ, Landhoffmeisteri ac Consiliarii Supremi Curlandiæ, & Equitis Aquilæ Albæ; Friderici à Mirbach, Capitanei Majoris Seelburgensis; Benedicti Henrici ab Heykingk, Capitanei Majoris Mitaviensis; Joannis Friderici à Nollde Capitanei Fravenburgensis; Wilhelmi Alexandri ab Heykingk Capitanei Durben-

ſis; Friderici à Koſchkull, Capitanei Schrundenſis, Erneſti Joannis Schoppingk Capitanei Doblenenſis; Eberhardi Chriſtophori Philippi Hahn, Capitanei Candavienſis; Caroli Philippi Roenne Aſſeſſoris Judicii Primæ Inſtantiæ Tukumenſis; Henrici Leopoldi á Brucken nominati Fok, Aſſeſſoris Judicii Primæ Inſtantiæ Sellburgenſis; Georgii Chriſtophori Haudring, Aſſeſſoris Judicii Primæ Inſtantiæ Selburgenſis; Conſtantiæ Wahlen Viduæ Capitaneæ Korff; Dieterici Erneſti ab Heykingk, Regii Camerarii; Divi Dieterici Caſimiri à Reck, Hæredum; Georgii à Lamsdorff Generalis Majoris; Ferdinandi Alexandri Taube, Cubicularii Aulici. Qui inhærendo Citationibus Criminalibus, nomine Generoſi Ordinis Equeſtris, Tuæ Illuſtritati, Tuiſq; Generoſis Conſiliariis, die 4. Maii A. 1765. tranſmiſſis, & inſinuatis, ac Cauſæ exinde coram Judiciis Noſtris Relationum propriarum introductæ, referendoq; ſe ad Manifeſtationem, à commemoratis Generoſis Officialibus in Actis Notarii publici Mitaviæ Anno 1763. die 27. Julii interpoſitam, & die 28. Julii Tibi inſinuatam; nec non ad Manifeſtationem à plus quàm 60. Nobilibus benè poſſeſſionatis, pariter in Actis Notarii publici Mitaviæ Annô 1764. die 5. Januarii interpoſitam, & die *7ma* Januari Tibi inſinuatam, Tuam Illuſtritatem hac unica & peremptoria citatione ideo judicaliter adcitant; *1mo* Quod non ſolùm contra Formulam Regiminis, contra Deciſiones Commiſſoriales de Annô 1717. harumq; Concluſionem, tum contra Jura & Privilegia Nobilitatis, ac ſic contra juramentum fidelitatis Annô 1739. per Tuum Legatum præſtitum, in quodam Laudo de die 19. Julii Anni 1763. Tibi jus & facultatem arrogaſti, Nobiles Officia publica gerentes, ſine juſta, legitimaq; Cauſa, & ſinè judi-

cio

cio his Officiis privare, sed etiam hoc illegale Conclusum postea adimplevisti, & supra nominatos Officiales, nempe Generosos ab Howen Landhoffmeisterum & Consiliarium Supremum; à Mirbach Capitaneum Majorem Sellburgensem; ab Heykingk Capitaneum Majorem Mitaviensem; à Nollde Capitaneum Fravenburgensem; ab Heykingk Capitaneum Durbensem; à Koschull Capitaneum Schrundensem; Schoppingk Capitaneum Doblenensem; ab Hahn Capitaneum Candaviensem; à Roenne Assessorem judicii Tukumensem: à Fock Assessorem Judicii Sellburgensem; ab Haudring Assessorem Judicii Sellburgensem, non Citatos, non auditos, nulloq; judicio condemnatos, illorum Officiis publicis spoliasti, illorum loco novos Officiales constituisti, pro introductione novorum Capitaneorum ad Generosum ab Offenberg Oberburgrabium & Consiliarium Supremum, tanquam putativum Landhoffmeisterum, mandata dedisti, qui secundum hæc Mandata Tua, novis Capitaneis, Capitaneatus tradendo, legitimos Capitaneos spoliavit. 2*do* Quod contra Pacta subiectionis, & Privilegia Nobilitatis §pho 18 & 19. contra Formulam Regiminis §pho 12. contra Leges Curlandicas §pho 212 & contra Decisiones Commissoriales de Annô 1717. harumq; Conclusionem, ac sic contra iuramentum fidelitatis per Leg tum Tum Anno 1739. præstitum, Generosos ab Heykingk Capitaneum Maiorem Mitaviensem, Possessione Prædii Ducalis Garosen; à Nollde Capitaneum Frauenburgensem, Possessione Præfecturæ Ducalis Wurtzau, ab Heykingk Capitaneum Durbensem Possessione bonorum Ducalium Degahlen & Degunen; Constantiam de Wahlen Viduam Capitan am Korff, possessione Bonorum Ducalium Barbern & Kulpen; ab Heykingk Camerarium Regi-

um poſſeſſione Bonorum Ducalium Pravingen; ab Haudring Aſſeſſorem Judicii Seellburgenſem, & Camerarium S. R. Maieſtatis, Poſſeſſione Bonorum Ducalium Ellern; à Fok Aſſeſſorem Judicii Seellburgenſen Bonorum Ducalium Alt-Sellburg; divum à Reck Poſſeſſione Bonorum Ducalium Kallnetzen, Kliwenhoff, & Battenhoff; à Lamsdorff, Generalem Majorem, Poſſesſione Bonorum Ducalium Tomsdorff; & à Taube Poſſesſione Bonorum Ducalium Alt-Sehren; ante elapſum tempus in Contractibus definitum, modo illegitimo ſpoliaſti, illisque maxima damna intuliſti, ac ſic tot ſpolia, quæ ſecundum §phum 17. Formulæ Regiminis, inter Crimina publica referuntur, commiſiſti, & ſecuritatem, ac tranquil itatem publicam violaſti; quemadmodum hæc omnia in Termino & loco, fuſiùs deducentur & probabuntur. Sis itaq; coram Judiciis Noſtris, tempore ſupra expreſſo, legitime & peremptoriè comparitùrus, ad actionem contra Tuam Illuſtritatem inſtitutam judicialiter reſponſurus, & tunc auditurus, mediante Sententia Noſtra judiciali, Generoſis Officialibus ſpoliatis, Officia publica illegitime adempta, cum Salariis retentis, emolumentis interceptis, & ſumptibus cauſatis, plenariè reſtitui, Officiales illegitimè intruſos amoveri, ſupra commemoratum concluſum in laudo de die 19. Julii A. 1763. contra Leges Cardinales factum, tolli, caſſari, & annihilari; Reſtitutionem Nobilium, Poſſeſſionibus Bonorum Ducalium ſpoliatorum decerni, certos Commiſſarios denominari, & conſtitui, illisq; Mandata dari, ut ſecundum Proceſſum Reſtitutorium in Deciſionibus Commisſorialibus de A. 1717. præſcriptum, omnes Nobiles ſpoliatos, cum omnibus fructibus, damnis, & ſumptibus, plenariè reſtituant ac non minùs per ſupra commemoratam Sententiam no-

ſtram

ſtram judicialem, Tuam Illuſtritatem ad exſolvenda omnia Officialium ſalaria retenta, emolumenta intercepta, ad refuſionem ſumptuum Litis Cauſatorum, nec non propter tot iterata Spolia, violentias, ac ſævitias, in pœnas Legum condemnari; Generoſos Actores à Tuo ſævitiis impleto regimine planè liberari, ſeu à Tua Jurisdictione eximi, & Noſtræ Jurisdictioni immediate adſcribi, & accenſeri Ad quæ Tua Illuſtritas ſe conformabit. In quorum fidem Sigillum Regni, & M. D. Litt: appoſitum eſt. Dabantur in Cancellariis Regni & M. D. Litt: Annô Dui 1765. die 30. Decembris.

Annô 1766. die 11. Menſis Ianuarii Ego infra ſcriptus Miniſterialis Generalis S. R. Maieſtatis, hanc præſentem Citationem Illuſtriſſimo Erneſto Ioanni Curlandiæ & Semigalliæ Duci, hic Mitaviæ in Stuba Supremorum Iudiciorum, bene inſinuavi & poſui.

Jan Pakowſki Generał J. K. Mci *mpp.*

Annô 1766. die 11. Ianuarii præſens Citatio una cum Relatione Miniſterialis ſupra ſcripta, ad requiſitionem & recognitionem ejusdem Ioannis Pakowſki Mnlis Rni Generalis in aſſiſtentia duorum Nobilium perſonaliter factam, Actis Officii Regii Secretariatûs, & Notariatûs Publici mei eſt inſerta, & ingroſſata, id quod acceptatione priùs legaliter facta hiſce atteſtor.

Theophilus Werner S. R. M. Ser. & Notár. juratus *mpp.*

[L. S.]
[Regni]

[L. S.]
[M. D. L.]

C. Z. L. S. S. Rni. J. D. S. R. M. S. Mirs: M. D. L. S. *mpp.*

Nro. II.

ANno 1764. die 5ta Januarii comparebant per litteras coram actis Regii Secretariatus & Notariatus publici meis, Generosi, Otto Christophorus ab *Hoven*, Conclavis Secretioris actualis Minister, Landhoffmeisterus & Consiliarius Supremus, Eques Ordinis Aquilæ Albæ, hæreditarius bonorum Bredenfeld & *Würtzau* in Districtu Sessaviensi, Fridericus à *Mirbach* Capitaneus Major Selburgensis, hæreditarius bonorum Sartzen & Wedringen in Zabelensi & Neuchoff in Frauenburgensi Districtu, Benedictus Heinricus ab Heyking Capitaneus Major Mitaviensis hæreditarius bonorum Oxeln in Candaviensi Districtu, Joannes Fridericus a Nolde, Capitaneus Frauenburgensis, hæreditarius bonorum Gros Gramsden, in Gramsdensi Districtu, Hypothecarius bonorum Würtzau & Plathonen in Mitaviensi & Odsen in Frauenburgensi Districtu, Friedericus Wilhelmus Schoppingk Subjudex Mitaviensis, hæreditarius bonorum, Bornsmunde, Planbron & Strucken in Districtibus Bauske, Ekau & Baldonen, pro se & vigore plenipotentiæ pro suo fratre Domino Joanne Ernesto Schoppingk Capitaneo Doblenensi & hæreditario bonorum Islitz, in Beuscensi Districtu, Didericus Ernestus ab Heykingk, Regius Camerarius ex plenipotentia Generosi Wilhelmi Alexandri ab Heykingk Capitanei Drubensis, hæreditarii bonorum Peltziken in Candaviensi Districtu, Friedericus Koschkull, Capitaneus Schrudensis, hæreditarius bonorum Sutten, Asuppen & Trentzen in Zabelensi Districtu, Eberhardus Christophorus Philippus Hahn Capitaneus Candaviensis, hæreditarius bonorum

rum

rum Postenden & Althoff in Talsensi, bonorum Kalitzen in Zabelensi, ut & bonorum Spirgen & Zerxten in Tuckumensi Districtu, Henricus Leopoldus a Brucken nominatus Fok, Assessor Judiciorum primæ Instantiæ Selburgensis, Carolus Philippus Liber Baro a Roenne, Assessor Judiciorum primæ Instantiæ Tuckumensis, hæreditarius bonorum Puhren in Candaviensi, bonorum Wendsau in Windaviensi & bonorum Bershoff in Bauscensi Districtu, Georgius Christophorus a Ludinghausen nominatus Wolff, hæreditarius bonorum Sonnaxt in Selburgensi & bonorum Jungfernhoff in Bauscensi Districtu, Ernestus ab Howen, hæreditarius bonorum Ekengrawen & Aumallen in Sellburgensi Districtu, Gotthardus Wilhelmus a Budberg hæreditarius bonorum Gros & Klein Garsen in Dunaburgensi Districtu, Adamus Fridericus ab Osten nominatus Saken, hæreditarius bonorum Kaltenbruun in Dunaburgensi Districtu, Heinricus Reinholdus ab Osten nominatus Saken, hæreditarius bonorum Dulbing & Ilsen in Dunaburdensi Districtu, Henricus Gotthardus a Ropp, hæreditarius bonorum Grunewalde in Dunaburgensi Districtu, Heinricus Benedictus a Brincken, hæreditarius bonorum Schoedern & Neuborn in Dunaburgensi & Uberlaucensi Districtu, Raphael Klopmam, hæreditarius bonorum Gros & Klein Lassen in Dunaburgensi Districtu, Josaphat a Wisling Siberg Capitaneus Belnicensis, hæreditarius bonorum Schlosberg, Lautzen & Kurtzum in Uberlauzensi & Dunaburgensi Districtu, Joannes a Wisling Siber Regius Camerarius, hæreditarius bonorum Diseten & Rubinen in Dunaburgensi districtu, Iosephus a Wisling Sieberg Regius Cammerarius, hæreditarius bonorum Bewern in Dunaburgensi Districtu, Ioannes Casimirus de Wi-

sling

sling Riberg Regius Camerarius & Capitaneus, hæreditarius bonorum Kaminiet & Subot in Duneburgensi Districtu, Gideon Fabianus de Engelhard hæreditarius bonorum Briggen in Uberlauzensi Districtu, Iacobus Georgius de Engelhard hæreditarius bonorum Kummeln in Uberlauznesi Districtu, Adamus Ewaldus Foelkersamb Rottmagister, hæreditarius bonorum Lautz & Ilsensee in Dunaburgensi Districtu, Ernestus ab Howen, ex plenipotentia Generosæ Viduæ a Siff, hæreditariæ bonorum Weessen in Dunaburgensi Districtu, Gerhardus Michael de Engelhard hæreditarius bonorum Altborn & Matulischek in Uberlauzensi Districtu, Thadeus Alexander Mohl Castrimetator Livoniensis, hæreditarius bonorum Sikeln in Dunaburgensi Districtu, H: Michael Mohl hæreditarius bonorum Sainay in Dunaburgensi Districtu, Sigismundus Fridericus Korff, Capitaneus Rositensis, hæreditarius bonorum Nerfft in Ascheradensi & Nerfftensi Districtu, Georgius a Ludinghausen nominatus Wolff, hæreditarius bonorum Kurmen in Ascheradensi & Nerfftensi Districtu, Carolus Leonhardus a Luginghausen nominatus Wolff hæreditarius bonorum Muhremuisch in Asceradensi & Nenfftensi Districtu, Eberhardus Ioannes a Medem Capitaneus hæreditarius bonorum Tettelmunde in Mitaviensi districtu, Ewaldus Magnus a Thiesenhausen hæreditarius bonorum Stalgen in Mitaviensi Districtu, Gerhardus Diedericus a Vitinghof nominatus Scheel, Capitaneus & futurus hæres bonorum Dannendalen in Mitaviensi Districtu, Friedericus Wilhelmus Schoppingk ex plenipotentia Generosæ Constantiæ a Wahlen, Viduæ Capitaneæ a Korff tanquam unicæ proprietariæ in Neugutensi Districtu, Nicolaus Ernestus Korff Regius Cammerarius propter bona hæreditaria Schoenberg &

Brucken

Brucken in Bauſcenſi Diſtrictu, Gotthardus Erneſtus a Budberg Capitaneus ex plenipotentia Generoſæ Annæ Charlotte a Mirbach, Viduæ Subjudiciſſæ a Schulten hæreditariæ bonorum Kautzemunde in Bauſcenſi Diſtrictu, Gerhardus Didericus a Vitinghoff nominatus Scheel ex plenipotentia Generoſi Colonelli & Capitanei ab Igelſtroem hæreditarii bonorum Zoden & Biſchenhoff in Bauſcenſi Diſtrictu, Joannes Friedericus a Meden Regius Cammerarius hæreditarius bonorum Elley & Wolfart in Seſſavienſi & Hypothecarius bonorum Grendſen in Tukumenſi Diſtrictu, Didericus Caſimirus a Rek, hæreditarius bonorum Neuenburg in Neuenburgenſi Diſtrictu, Friedericus Chriſtophorus a Rek, Colonellus hæreditarius bonorum Weſaten in Neuenburgenſi, & Remten in Candavienſi Diſtrictu, Georgius Petrus Magnus a Rek locum teneus hæreditariuſis bonorum Feldhoff in Neuenburgenſi Diſtrictu, Carolus Henricus a Grothus locum tenens & hæreditarius bonorum Ariſchoff, in Neuenburgenſi Diſtrictu, Carolus a Thiſenhauſen ex Schmuken, Georgius Sigiſmudus ab Haudring Capitaneus locum tenens, hæreditarius bonorum Subern in Frauenburgenſi Diſtrictu, Erneſtus Nicolaus a Kleiſt Regius Camerarius hæreditarius bonorum Suſten & Kreutzburg in Durbenſi Diſtrictu, Joannes Fridericus Nolde ex plenipotentia Generoſæ Iacobinæ Helenæ Viduæ Seefeld natæ a Nolde hæreditariæ bonorum Paplaken & Iogeln in Durbenſi Diſtrictu, Erneſtus Philippus a Brüggen hæreditarius bonorum Neumoken & Schwarren in Tukumenſi Diſtrictu, Carolus Erneſtus Roenne hæreditarius bonorum Ploemen in Tukumenſi Diſtrictu, Ioannes Fridericus Grothus hæreditarius bonorum Wilkagen & Langenfelt in Tukumenſi Diſtrictu,

Fridericus Wilhelmus a Liwen Hypothecarius bonorum Fridericksberg in Tukumensi Districtu, Georgius Dietericus a Liewen Hypothecarius bonorum Brinckenhoff in Tuckumensi districtu, Henricus Alexander a Brincken locum tenens, Fridericus Casimirus a Bruken nominatus Fok locum tenens hæreditarius bonorum Kapplen & Neuhoff in Candaviensi Districtu, Sigismundus Christophorus Korff, Maior sive vigiliarum Praefectus haereditarius bonorum Rindseln in Candaviensi Districtu, Philippus Henricus a Mirbach haereditarius bonorum Walterhoff in Candaviensi Districtu, Fridericus Wilhalmus ab Hutssem Capitaneus haereditarius bonorum Balgallen & Petendorff in Candaviensi Districtu, Fromholdus Ulricus ab Osten, nominatus Saken locumtenens, haereditarius bonorum Riddeldorff & Senten in Candaviensi & bonorum Wahnen in Zabelensi Districtu, Fridericus Ioannes a Brinken haereditarius bonorum Ruhmen in Caudaviensi Districtu, Fridericus Christophorus Hahn, Capitaneus haereditarius bonorum Dsirren et Plahnen in Candaviensi districtu, Christianus Adamus a Brinken haereditarius bonorum Pedwahlen in Zabelensi Districtu, Nicolaus Christophorus Korff locum tenens, Herbertus Christophorus ab Heyking haereditarius bonorum Pidwalhlen et Grigullen in Zabelensi Districtu, Ioannes Ernestus Korff, Iacobus Fridericus Koschkull, Gustavus Ioannes Fridericus a Mirbach, Nicolaus Eberhardus a Rosenberg, Ioannes Gerhardus a Brinken haereditarius bonorum Rennen et Usmaiten in Zabelensi Districtu, Ebaldus Carolus Firks, Regius Camerarius haereditatris bonorum Waldegalen et Scheeden in Talsensi et bonorum Kliggenhoff in Neuenburgensi, ut et Hypothecarius bonorum Grendsen in Tukumensi Districtu,

Hypo-

Magnus Fridericus Tork haereditarius bonorum Sartzen in Talsensi Districtu, Ernestus Wilhelmus a Brüggen Regius Camerarius haereditarius bonorum Stenden, Lapsern, Vizehden in Talsensi et bonorum Kapsehden in Grobiensi Districtu, Ebaldus Fridericus Vischer Capitaneus, haereditarius bonorum Odern in Talsensi et bonorum Weggen in Zabelensi Districtu, Alexander a Brinken Capitaneus, haereditarius bonorum Iggen in Talsensi Districtu, Wilhelmus Gerhardus Tork haereditarius bonorum Kargadden in Talsensi Districtu, atque in Copia parata haec insequentia ad Acta porrigebant.

Nro I.

Notum est, Serenissimum Principem Regium et Ducem CAROLUM Anno 1759 die 8va Ianuarii Varsaviae de Ducatibus Curlandiae et Semigalliae in propria Persona solenniter investitum esse. Quo facto statim ad nos incolas omnes hujus Provinciae mandatum obedientiae Regium transmittebatur, per quod nobis injunctum erat, praedicto Serenissimo Regio Principi uti investito Duci Curlandiae et Semigalliae, debitam obedientiam praestare, cuius vigore Serenissimus Regius Princeps, uti legitimus et regnans Dominus, a nobis agnoscebatur, recipiebatur, eique per homagium praestitum constantissima fides promittebatur. A quo tempore Serenissimus Regius Princeps per quadriennium omnia gubernationis et regiminis munia exercuit, neminique in mentem venire potuit, hunc nostrum Regnantem Ducem et Dominum, in quieta possessione horum Ducatum turbatum, vel planè hinc expulsum

 iri;

iri; Nihilominus id evenit, ut ſuae Sereniſſimae Regiae Celſitudini CAROLO Principi Duci ac Domino Noſtro circa initium anni Praeteriti, Regimen et omnes reditus horum Ducatuum per vim et potentiam eriperentur, et ut alius quidam qui in Polonia a Supremis & Directis Dominis pro Duce Curlandiae non agnoſcitur, propria authoritate et per violentiam, poſſeſſionem, regimen nec non omnes reditus horum Ducatuum ſibi arrogaret, quapropter Sereniſſimus Regius Princeps et Dux, multis urgentibus rationibus ex his Ducatibus diſcedere coactus fuit.

Nro 2do.

1.) In Regio Privilegio Nobilitatis de Anno 1561. §. 18. expreſſé vetitum eſt: nè ullus Princeps, nec ullus Magiſtratus, extra cognitionem cauſæ, Nobiles, Vaſallos, poſſeſſionibus temerè exuat, ſpolietvè, quia non æquum eſt, ut in propria cauſa quis ipſe ſit Iudex.

2.) Porro in hoc Privilegio Nobilitatis §. 19. proviſum eſt: ut nullus cujuscunque eminentiæ aut conditionis exiſtat, perſonis, Caſtris, Domibus, aut poſſeſſionibus alicujus ullam violentiam inferre, incurſiones facere, in publicis ſtratis inſidias ponere præſumat qui autem ſuper his convictus, ut juxta leges capitis pœna plectatur.

3.) In Formula Regiminis continetur, quod nemo omnium ſive Nobilium, ſive incolarum, bonis ſuis ſinè legitima cognitione & Judicio privari debeat.

4.) Porro etiam in Formula Regiminis ſequentia verba extant: ſi lis inter Principem & Nobilem ſive unum ſive

plures

plures, de possessionibus aliisque rebus orta, fuerit, causa ea immediate coram Regia Maiestate intentabitur.

5.) Tandem in Formula Regiminis hæc ordinatio invenitur: Novus Princeps Curlandiæ & Semigalliæ jurejurando, quod Sacræ Regiæ Majestati atque Reipublicæ præstabit, se quoque Nobilitatis universæ, omnium præterea & singulorum privatorum libertates, privilegia, jura, immunitates, sartas atque tectas servaturum, contestabitur. Unde etiam in juramento homagiali Ducum Curlandiæ & Semigalliæ, hæc ipsissima verba sequentem in modum extant: Ac præterea omnium & singulorum Equestris Ordinis ac privatorum Ducatus Curlandiæ & Semigalliae incolarum & Civitatum, Jura, Privilegia, libertates, & immunitates, sartas, tectas integerrimè servabo, nec quidquam in contrarium earundem praejudicii ac derogationis faciam, aut fieri permittam, sic me DEUS adjuvet.

6.) Brevitatis studio ulterius exponere nolumus, quid in Decisionibus Commissorialibus de Anno 1717. ratione securitatis possessionis nobilium fusius contineatur, & ubi sub pœnis severissimis quemquam in possessione turbare, prohibitum est. Non attentis autem his multis legibus & ordinationibus nihilominus accidit, ut multi Nobiles a Serenissimo Regio Principe regnante Duce CAROLO, contractus habentes & sic bonorum ducalium bonae fidei possessores existentes, spoliati & per id ingentia damna perferre coacti fuerint.

Nro.

Nro. 3tio.

1.) In Formula Regiminis continetur: Quod Consiliarii, Capitanei, Majores et Minores, non absque gravi et justa legitimaque causa, de qua Princeps cum Consiliariis et quatuor Capitaneis Majoribus cognoscet, loco moveri debeant.

2.) Pariter in Formula Regiminis praescriptum est, quod in Conventibus publicis, nihil decerni debeat, quod Pactis subjectionis fundamentalibus et ducalibus investituris, et huic regiminis formae sit contrarium.

3.) Duces Curlandiae et Semigalliae in iuramento homagiali promittere debent, quod Formulam Regiminis servare et adimplere velint.

4.) Consiliarii Supremi circa receptionem Officii juramentum praestare debent, in quo sequentia verba leguntur; volo etiam ordinationes et Privilegia secundum Pacta subjectionis, Formulam Regiminis, et Decisiones Comissoriales, jura et consuetudines, tam omnium in genere incolarum, quam unius cuiusque in specie, cum omni fidelitate debitè observare. Nihilominus autem in quodam putativo Laudo publico de die 19. Julij a: p: non solum conclusum est, quod Officiales Nobiles absque Judiciali cognitione suis Officiis privari debeant, sed id ipsum etiam ad excutionem et ad effectum deductum est, et sic unus Consiliarius Supremus, duo Capitanei Maiores et

quin-

quinque Capitanei, nec non diversi nobiles Assessores Iudiciorum non citati, non auditi, nullaque judiciali habita cognitione et sententia condemnati, violento modo, possessione officiorum suorum privati, illisque servitia, rustici et alia emolumenta adempta, talique modo spoliati sunt.

Nro. 4to.

Indubitata est veritas de qua quilibet convictus esse debet. Illi, qui in Polonia a Directo et Supremo Domino pro Duce Durlandiae non agnoscitur, nullum jus competere, propria auctoritate et violento modo Regimen et reditus horum Ducatuum sibi arrogare, et quod exinde incolis huius provinciae minimè licitum sit, illum pro Domino suo agnoscere, recipere, multo minus eidem Iuramentum fidelitatis praestare.

Attamen uti notum, id ipsum realiter factum est, ut circa initium anni praeterlapsi, quidam huc advenerit, qui Anno 1758. in Polonia per Senatus Consilium feudo privatus, et cui etiam in Senatus Consilio, Varsaviae Anno praeterlapso Mense Martio habito, titulus ducalis ademptus et denegatus est, qui nihilominus per vim et potentiam possessionem horum Ducatuum sibi arrogare ausus sit. De die 10ma Februarii usque ad 11mam Martii a: p: conventus conferentialis planè illegalis celebratus est, qui non usitato modo a Generosis Consiliariis Supremis praefixus et intitatus fuit, in qua congregatione diversi actus illiciti praesumpti sunt.

Pari

Pari modo de die 20ma Mai usque ad 19. Iulii a: p: quidam putativus Conventus publicus celebratus eſt, qui autem non ad normam legum a Serenisſimo Principe Regio ac Duce Noſtro CAROLO praefixus et intimatus fuit. Tandem etiam quidam actus homagialis iuribus reprobatus die 22da Iunii praeſumptus eſt, in quo multi Nobiles per diverſa media ſeducti ſunt, tali Domino juramentum fidelitatis praeſtare, qui praedicto modo in Polonia, à Domino Noſtro Supremo et longè Clementiſſimo pro Duce Curlandiae non agnoſcitur.

Nos infra ſubſcripti hunc illegalem Actum homagialem tanto magis abhorruimus, quo magis convicti ſumus, cuilibet imcumbere, fidem et fidelitatem ſervare. Proindè firmiter nobis propoſuimus in conſtantiſſima fidelitate erga noſtrum legitimum Ducem & Dominum permanere, nihilque committere, quod juramento noſtro ſit contrarium, per quod Sereniſſimo Regio Principi & Duci CAROLO, ut & Sac. Reg. Maieſtati & Sereniſſimæ Reipublicæ Poloniæ adſtricti ſumus.

Nro. 5to.

Spem quidèm alebamus fore, ut iuxta concluſum Senatus, anno præterlapſo Comitia generalia & extraordinaria in Regno Poloniæ celebrarentur, in illisque ſtatus problematicus patriæ noſtræ decideretur; ſed morte inopinata Sereniſſimi & Potentiſſimi Regis Domini Noſtri Supremi & longè Clementiſſimi, ſpes noſtra evanuit. Quia autem ignotum eſt, quousque præſens interregnum Poloniæ duraturum ſit, aut quo in-

tervallo

tervallo temporis novus Rex eligi poterit, interim autem nostrum silentium in nostrum præjudicium sic explicari posset, ac si prædictis actibus illegalibus & attentatis assentiremus illisque acquiesceremus: Proinde necessarium esse duximus, pro avertendo quovis præjudicio nos judicialiter præcustodire, sicuti & id ipsum nunc agimus & simul declaramus, nos mutationem status, illegalem conventum Conferentialem, & putativum Conventum publicum, ut & eorum conclusa, similiter posteriorem reprobatum actum homagialem & omnia cum his connexa, nullatenus approbare, sed potius contra omnia attentata, contra multifaria spolia commissa, per quæ tot nobiles ingentia damna perferre coacti fuerunt, contra violentam remotionem Officialium Nobilium et contra omnia, quæ contra Privilegia Nobilitatis, refragantibus juribus horum Ducatuum, peracta et præsumpta sunt, constantissime protestari, et minime gentium grave tributum in praefato putativo laudo publico constitutum, nempe 50. Imperiales ex quolibet unco soluturos, sed cuilibet executioni, contra nos peragendæ, conjunctis viribus & armata manu, restituros et nos opposituros esse. Declaramus etiam nos mutationem regiminis, ut et jurisdictionem novorum Consiliariorum Supremorum, Capitaneorum Maiorum & minorum, minime legalem esse, existimare, ac proinde nostra litigia prædictorum Judicum illegalium dijudicationi non submittere velle, præsertim cum per Regias litteras protectoriales nobis clementissime concessas, hac nova et injusta iurisdictione plane exemti simus.

Nobis expresse reservamus, omnia gravamina publica, quam primum id fieri poterit, ad Serenissimam Rempublicam perferre, promtamque et efficacem abolitionem omnium præfato-

rum

rum periculosorum attentatorum, violentiarum & confusionum instantissime ac humillime expetere, & ad hunc finem omnia media adhibere.

In meliorem fidem hanc nostram manifestationem & protestationem nostris propriis manibus subscripsimus, & eidem Sigilla nostra appressimus.

Nobilis & clarè doctus Dominus WERNER, Regius Secretarius & Notarius publicus a nobis omnibus infra subscriptis, requiritur, ut hanc nostram Manifestationem & protestationem ad Acta sua recipere, illamque quoties necessarium fuerit in copia judicialiter vidimata nobis extradere velit.

(L.S.) Otto Christophorus ab HOWEN,
Landhoffmeisterus & Consiliarius Supremus.

(L.S.) Friedericus à MIRBACH,
Capitaneus Major Sellburgensis, & ex plenipotentia a Domino Benedicto Henrico ab HEYKING Capitaneo Majori Mitaviensi.

(L.S) Joannes Friedericus NOLDE
Capitaneus Frauenburgensis,

(L.S.) Fridericus Wilhelmus SCHOPINGK,
Subjudex Mitaviensis & ex plenipotentia a Joanne Ernesto SCHOPPINGK Capitaneo Doblenensi.

(L.S.) Diedericus Ernestus ab HEYKING ex plenipotentia a Wilhelmo Alexander ab HEYKING, Capitaneo Durbensi.

(L.S.)

(L.S.) Friedericus KOSCHKULL, Capitaneus Schrundensis & ex plenipotentia ab Eberhardo Christophoro Philippo HAHN, Capitaneo Candaviensi.

(L.S.) Henricus Leopoldus a Bruken nominatus Fok, Assessor Sellburgensis, pro me, et ex plenipotentia a Carolo Philippo libero Barone a Roenne Assessore Tukumensi.

(L.S.) Vigore plenipotentiae a Generosa Domina Constantia a WAHLEN, Vidua Capitanea a Korff, uti unicae haereditariae possesstricis in Districtu Neugutensi, subscribit Friedericus Wilhelmus SCHOPPINGK.

(L.S.) Nicolaus Ernestus KORFF, ex Districtu Bauscensi propter bona haereditaria Schoenberg & Bruken,

(L.S.) Georgius Christophorus à Ludinghausen nominatus WOLFF, uti possessor haereditarius ex Districtu Bauscensi.

(L.S.) Gotthardus Ernestus a BUDBERG ex plenipotentia a Generosa possestrice bonorum haereditariorum Kautzeminde in Bauscensi Districtu, Anna Charlotta a MIRBACH Vidua Subiudex a Schulte.

(L.S.) Diedericus Ernestus HEYKING ex plenipotentia propter Bersen ex Districtu Bauscensi pro Generoso Carolo Philippo libro Barone a Roenne.

 (L.S.)

(L.S.) Friedericus Wilhelmus SCHOPPINGK uti Possessor hæreditarius in Districtu Bauske, Ekau & Baldohnen propter bona hæderitaria Bornsmunde, Planeborn & Struken, pro se & ex plenipotentia propter Islitz ex Districtu Bauscensi.

(L.S.) Propter Zohden & Bischenhoff in Districtu Bauscensi, subscribit ex plenipotentia Gerhardus Diedericus a Vietinghoff nominatus SCHEEL pro Domino Colonello Igelstroem.

(L.S.) Sigismundus Fridericus KORFF Capitaneus Rositensis, & hæreditarius bonorum Nerfften in Districtu Ascheradensi & Nerfftensi.

(L.S.) Georgius a Ludinghausen WOLFF hæreditarius bonorum Kurmen in Ascheradensi & Nerfftensi Districtu.

(L.S.) Carolus Leonhardus a Ludinghausen WOLFF hæreditarius bonorum Muremuische in Ascheradensi & Nerfftensi Districtu.

(L.S.) Ernestus ab HOWEN hæreditarius bonorum Ekengraven & Aumallen in Sellburgensi Districtu, pro me & ex plenipotentia pro Sonnaxt in Sellbergensi Districtu.

(S.L.) Pro Generosa Vidua a Sass hæreditaria bonorum Weessen in Dunaburgensi Districtu subscribit Ernestus ab Howen.

(L.S.)

(L.S.) Gotthardus Wilhelmus a BUDBERG, hæreditarius bonorum Groſſ & Klein-Garſſen in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Heinricus Reinholdus ab Oſten, nominatus SAKEN, hæreditarius bonorum Gulbin & Ilſen in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Henricus Gotthardus a ROPP, hæreditarius bonorum Grûnewalde in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Henricus Benedictus a BRINKEN, hæreditarius bonorum Schoedern & Neuborn in Dunaburgenſi & Uberlautzenſi Diſtrictu.

(L.S.) Raphael KLOPMANN hæreditarius bonorum Groſſ & Klein Laſſen in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Joſaphat de Wisling SIEBERG, Capitaneus Bolnicenſis & Oniliſzt, hæreditarius bonorum Schlosberg, Lautz & Kurzum in Uberlautzenſi & Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Joannes de Wisling SIEBERG Cammerarius S. R. M. Poloniae, haereditarius bonorum Dweten & Rubinen in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Adamus Friedericus ab Oſten nominatus SACKEN hæderitarius bonorum Kaltenbrunnen in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Joſephus Wisling SIEBERG Cammerarius S. R. M. Poloniæ, hæreditarius bonorum Bevern in Dunaburgenſi Diſtrictu.

(L.S.) Joannes Casimirus de Wisling SIEBERG Cammerarius S. R. M. Capitaneus Rakanisch & Lavarisk, hæreditarius bonorum Kaminiet & Subot in Dunaburgensi Districtu.

(L.S.) Gideon Fabianus de ENGELHARD hæreditarius bonorum Brüggen in Uberlautzensi Districtu.

(L.S.) Jacobus Georgius de ENGELHARD hæreditarius bonorum Kummeln in Uberlautzensi Districtu.

(L.S.) Adamus Ebaldus a FOELKERSAMB hæreditarius bonorum Lautzen & Ilsensee in Dunaburgensi Districtu.

(L.S.) Gerhardus Michael de ENGELHARD hæreditarius bonorum Altborn & Matuliszchek in Uberlautzensi Districtu.

(L.S.) Thadeus Alexander MOHL Castri metator Livoniensis, hæres Seykalensis in Dunaburgensi Districtu

(L.S.) H. Michael MOHL, hæreditarius bonorum Salney in Dunaburgensi Districtu.

(L.S.) Eberhardus Joannes a Medem primo genitus hæres bonorum Tettelmunde in Mitaviensi Districtu.

(L.S.) Ebaldus Magnus a THIESENHAUSEN hæreditarius bonorum Stalgen in Mitaviensi Districtu.

(L.S.)

(L.S.) Gerhardus Didericus a Vietinghoff nominatus SCHEEL, hæres bonorum Dannendalen in Mitaviensi Districtu.

(L.S.) Didericus Casimirus a REK hæreditarius bonorum Neuenburg.

(L.S.) Friedericus Christophorus a REK, Colonellus & hæreditarius bonorum Wesathen.

(L.S.) Carolus Henricus GROTHUS locum tenens hæreditarius bonorum Arischhoff.

(L.S.) Georgius Petrus Magnus a REK locum tenens hæreditarius bonorum Feldhoff.

(L.S.) Carolus a Thiesenhausen de Schmuken.

(L.S.) Georgius Sigismundus ab HAUDRING, mea propria manus & Sigillum, hæreditarius bonorum Subern.

(L.S.) Ernestus Nicolaus a KLEIST, hæreditarius bonorum Susten & Kreutzbourg.

(L.S.) Joannes Friedericus a NOLDE, Capitaneus Frauenburgensis, hæreditarius bonorum Gros Gramsden in Gramsdensi Districtu pro me & pro mea Sorore Generosa Jacobina Helena a SEEFELD nata Nolde, hæreditaria bonorum Papplaken & Jogeln in Durbensi Districtu, uti Plenipotentiarius & Curator.

(L.S.) Ernestus Phillippus a BRUGGEN pro me & ex plenipotentia a Carolo Ernesto Roenne.

(L.S.)

(L.S.) Joannes Friedericus GROTHUS.

(L.S.) Georgius Didericus a LIEWEN pro me & ex plenipotentia a meo patre Friederico Wilhelmo a Liewen.

(L.S.) Henricus Alexander a BRINKEN,

(L.S.) Friedericus Caſimirus a Bruken nominatus FOK,

(L.S.) Friedericus Chriſtophorus a REK,

(L.S.) Friedericus Chriſtophorus HAHN,

(L.S.) Sigismundus Chriſtophorus KORFF,

(L.S.) Philippus Henricus a MIRBACH,

(L.S.) Hermannus Chriſtophorus ab HEYKING,

(L.S.) Fridericus Wilhelmus a HULSEM,

(L.S.) Fromholdus Ulricus ab Oſten nominatus SAKEN.

(L.S.) Friedericus Joannes a BRINKEN,

(L.S.) Chriſtophorus Adamus a BRINCKEN, & ex Plenipotentia a Friederico a MIRBACH.

(L.S.) Nicolaus Chriſtophorus KORFF & ex plenipotentia pro Eberhardo Chriſtophoro Philippo HAHN,

(L.S.) Herbertus Chriſtophorus ab HEYKINGK ex plenipotentia pro Joanne Erneſto Korff.

(L.S.) Jacobus Friedericus KOSCHKULL,

(L.S.) Guſtavus Joannes Friedericus a MIRBACH.

(L.S) Nicolaus Eberhardus de ROSENBERG,

(L.S.) Joannes Gerhardus a BRINKEN,

(L.S.) Ioannes Friedericus a MEDEM hæreditarius bonorum Elley & Wolfart, hypothecarius

bonorum

bonorum Grendſen in Tukumenſi Diſtrictu.

(L.S.) Ebaldus Carolus FIRKS, hæreditarius bonorum Waldegahlen & Scheden in Talſenſi, & bonorum Kliggenhoff in Neuenburgenſi Diſtrictu; hypothecarius bonorum Grendſen.

(L.S.) Magnus Friedericus TORK hæreditarius bonorum Sartzen in Talſenſi Diſtrictu.

(L.S) Erneſtus Wilhelmus a BRUGGEN, hæreditarius bonorum Stenden, Labſern & Vizeden in Talſenſi Diſtrictu & bonorum Kapſeden in Grobinenſi Diſtrictu.

(L.S.) Ebaldus Fridericus VISCHER hæreditarius bonorum Odern in Talſenſi & bonorum Weggen in Zabelenſi Diſtrictu.

(L.S.) Alexander a BRINKEN hæreditarius bonorum Iggen in Talſenſi Diſtrictu.

(L.S.) Wilhelmus Gerhardus TORK hæreditarius bonorum Kargadden in Talſenſi Diſtrictu.

(L.S.) Eberhardus Chriſtophorus Philippus HAHN, hæreditarius bonorum Poſtenden, Althoff in Talſenſi, bonorum Kalitzen in Zabelenſi, bonorum Zerxten & Gros Spirgen in Tukumenſi Diſtrictu.

Acceptatione in quantum juris, sicque legaliter facta supra scripta manifestatio & protestatio Actis Officii Regii Secretariatus & Notariatus publici mei ingrossata, & inde præsens transsumptum more solito extraditum est. Actum Mitaviæ ut supra.

(L.S.] THEOPHILUS WERNER.
Sacræ Regiæ Maiestatis Secret. & Not. publ. juratus.

Huic ante scriptæ Manifestationi nos infra subscripti in omnibus punctis accessimus.

(L S.) Ioannes Ernestus a SAKEN, hæreditarius bonorum Abgulden in Doblenensi Districtu.

(L.S.) Georgius Christophorus ab HAUDRING, Sellburgensis Assessor Regius Camerarius & hypothecarius bonorum Abelhoff.

In absentia ordinarii Ministerialis; hæc Manifestatio & Protestatio etiam per alium hominem idoneum insinuari potest
Theophilus WERNER,
S. R. M. Secret. Act. Not. publ. juratus.

Anno

Anno 1764. die 7ma Ianuarii hanc Manifeſtationem
& Proteſtationem in Stuba ſupr. Iud.
ordinaria rite inſinuavi ac poſui.

CARL AUGUST BOAS.

Præinſertam Copiam, ex Germanico idiomate in Latinum translatam cum authentico ſuo Originali in omnibus concordare, præmiſſa collatione teſtor.

(L.S.) Theophilus WERNER,
Sacræ Regiæ Majeſt. Secret. act. & Not.
publs. juratus.

